



I. N. I.

I.

IACOBVS FOHMANN.



IACOBVS FOHMANNVS, Erfurti in vitam ingressus A. 1533. in patria & VVittebergae disciplinis optimis quibusq; studuit, & A. 1557. Scholae Schleusingen-
 sis constitutus est ConRector; Schleusinae totis annis quindecim multum laboris & operae cum consumsisset in iuuentute ad humanitatem informanda, hincq; debilitatus fuisset & fractus viribus, vitam priuatam, quae quieta esset, victurus, patrios repetiit lares: consilium vero hoc suum, ob euentum commorationis istius minus prosperum, commutauit aliquanto post, Hennebergiae se denuo obtulit, factusq; est Diaconus Meiningae A. 1572., & anno insequente 1573. Pastor & Decanus Schleusinae, vbi & de vita exiit d. 27. Sept. A. 1589., & in Aede oppidana, ipso Festo Michaelis, in sepulchro post altare fuit conditus, habita a Thoma Schallero, Consistoriali Hennebergico & Pastore Meiningensi, Concione funebri, quae typis deinceps exscripta est, ex Es. LVII. 1.2.

*Conf. Catalogus Viror. Illustr. Crugeri, cui Fohmannus
 audit ein gottseliger u. Christlicher Theologus, p. 135.
 Gürtius in Poligraphia Meiningensi, & Calendarium
 Meiningae editum A. 1707.*

Conf.